DE PARIBVS CVRIAE

CONSENSV

MAGNIFICI IVRECONSVLTORVM ORDINIS

IN

ACADEMIA LIPSIENSI

PRAESIDE

D. IO. IACOBO MASCOVIO

CONSIL. REG. AVL. SVPREMAE CVRIAE PROVINCIALIS ASSESSORE, CIVITATIS LIPSIENSIS PRAETORE, CAPITVLI ZIZENSIS CANONICO ETC.

A. MDCCXL. D. XV. SEPTEMBR.

DISPVTABIT

AVCTOR ET RESPONDENS

AVGVSTVS FERDINANDVS

L. B. DE ZECH.

EDITIO SECVNDA.

LIPSIAE

LITTERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMII

M DCC LI.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO CHRISTIANO
REGIO POLONIAE ET MAGNI DVCATVS
LITHVANIAE PRINCIPI
DVCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE,
MONTIVM, ANGRIAE ET WESTPHALIAE
ELECTORATVS SAXONICI PRINCIPI
HEREDI
LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE,
ET SVPERIORIS INFERIORISQVE LVSATIAE, COMITI
PRINCIPALI HENNEBERGICO, COMITI MARCAE,
RAVENSBERGAE, BARBYAE ET HANOVIAE,
DYNASTAE IN RAVENSTEIN ETC.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

SERENISSIME PRINCEPS REGIE DOMINE CLEMENTISSIME

Dum omnis de REGIAE CELSITVDINIS TVAE *felici reditu exultat Saxonia, communi laetitiae Musarum etiam Chorus applaudit, animumque addidit ingenitae pietati, vt tam auspicato tempore hosce Academicorum studiorum, quantumuis tenues fructus,* CELSISSIMO NOMINI TVO *consecrare auderem. Admirati sunt exteri populi in* REGIA CELSITVDINE TVA, *inter reliqua* PATERNAE *et* AVITAE *virtutis decora, singularem in scientias atque liberales artes affectum, quo nihil est ad Gloriam comparandam excitandaque ingenia ac studia hominum, efficacius. De illo autem iam eo impensius sibi gratulantur subiectae*

AVGV-

AVGVSTISSIMI PARENTIS TVI sceptro regiones, quibus ab excelsa indole, et incomparabili benignitate TVA, certissimum futurae etiam felicitatis augurium ducere licet. Itaque dum laeti soluimus vota, quae pro fortunatissima peregrinatione TVA concepta fuerant, simul et nuncupamus noua. Deus O. M. quae REGIAE TVAE CELSITVDINI apprecati sunt exteri, quaeque nunc inter festiuas gratulationes apprecantur ciues, ea omnia in gaudia AVGVSTISSIMORVM PARENTVM, DOMVSque REGIAE Perennitatem, Populorum felicitatem, et Musarum denique spem, atque incrementa scientiarum, rata esse iubeat.

REGIAE CELSITVDINI TVAE

DEVOTISSIMVS ET OBSEQVENTISSIMVS

AVGVSTVS FERDINANDVS

LIBER BARO DE ZECH.

CONSPECTVS
DISSERTATIONIS.

§. XIV.

DE

PARIBVS CVRIAE.

§. I.

Consuetudinum Feudalium in Iure Publico vsus. Instituti Ratio.

In Imperio Romano Germanico magni vsus Feudalium Consuetudinum cognitio, non modo in Feudis priuatorum, sed etiam ratione Feudorum Imperii. Habuerunt sane illa instituta magnam vtilitatem, fuitque aliquando tempus, vbi ipsa Imperia et Regna non alia, quam Feudali disciplina, regi censebantur. [1]) Tot certe grauissi-

1) Ita clarissimus Historiae Gallicae Scriptor MEZERAEVS: *Que le Royaume de France a été tenu, plus de trois cents ans durant, selon les loix des Fiefs, se gouvernant comme un grand Fief plutôt que comme une Monarchie.* Idque prolixius probat BRVSSELIVS in Examine Consuetudinis, Feudorum Franciae, (*Nouvel Examen de l'usage General des Fiefs en France*) Lib. III. cap. 5. p. 147. nec non Comes BOVLAINVILLIERIVS *Histoire de l'ancien Gouvernement de la France* cap. 4. p. 291.

grauiſſimae conuerſiones conſecutae ſunt, quae ſine illa diſciplina intelligi non poſſunt. Tot adhuc eius ſuperſunt in grauiſſimis cauſis veſtigia, vt aeque peccent, qui parum, quam qui nimium illi tribuunt. Huius rei ſpecimen in argumento de Paribus Curiae dare nunc aggredior, quod late per Publici et Feudalis Iuris placita diffunditur. In illo tractando animus eſt excutere, primum quae in genere circa Pares Curiae ſancita legibus ſunt, aut moribus introducta, tum in ſpecie inueſtigare quid in Imperio Romano Germanico, tam circa Feuda Imperii, quam circa Feuda priuatorum in Territoriis Statuum obtineat.

§. II.

Curiae ſignificatus in Iure varii. Curia Decurionum. Curiales. Curiae dari quid?

Curiae vocabulum, a cura ortum, non vno ſignificatu apud Latinos Scriptores, et in Legibus ipſis occurrit. Nam et primo coetum quemdam ciuium, et locum ipſum, in quo publica cura gereretur, qualis inter alias Curia Hoſtilia, Iulia, Octauia, memoratur, denotat. Deinde, velut nobiliori ſignificatione, conſeſſus ipſe Romani Senatus Curiae nomine venit. Vnde Curia Senatoria dicitur *L. vn. Cod. Theodoſ.* de Conſul. et praeclara Curia *L. 3. ibid. de fide teſt. et inſtrum.* Exemplo autem Vrbis Romae, in Municipiis etiam Curiae inſtitutae fuerunt. [1]) Vnde Decurionum, et Muni-

1) De Curiis Decuriorum vidend. BRISSONIVS Antiquit. Lib. IV. c. 13.

Municipum Curia, *L. 3. D. quod cuiusque Vniuersit.* Atque hinc tam illi

- - - - quos Curia Summos
Municipum vidit Proceres, propriumque Senatum,

quam etiam liberi illorum, Curiales vocabantur, *L. 122. Cod. Theod. de Decurion.* [2]) Qui cum peculiari obligatione ciuitatibus suis, et ipsi Reipublicae obstricti essent, [3]) inde *nexus Curiae*, *vincula Curialia*, itemque *sors*, *conditio*, *fortuna Curialis*, frequentata Legibus vocabula. *Curiae dari* et *offerri* peculiari significatu dicitur *L. 2. et 13. C. de Natural. Lib.* quem modum Legitimationis a Theodosio Imperatore introductum *L. 3. C. de Natural. Lib.* retinuit Iustinianus [4]) *§. 13. Inst. de Nupt. et Nou. 89. c. 2. seq.* Tandem autem Curiae vox in specie de Iudicio quoque, Seculari primum, deinde etiam Ecclesiastico, sumi coepit.

 §. III.

IV. c. 13. FORNERIVS Select. Lib. I. c. 13. BERTHERIVS Pithan. Lib. I. cap. 10. et qui ex illo fere sua hausit BVLLENGERVS Imp. Roman. Lib. VII. cap. 3. seq.

2) *His vero ratio diuersa sit, qui statim vt nati sunt, curiales esse coeperint.*

3) De hac conditione Curialium videndus CAMPIANVS de Offic. et Potestat. Magistrat. Romanorum, p. 63.

4) Erudita inter ICtos disceptatio est, an filius Naturalis, Curiae datus, statim factus Decurio? Ita quidem BERTHERIVS Pith. diatr. I. cap. 10. p. 125. (edit. Tolosanae, de An. 1608.) Negat speciose EM. MERILLIVS Obseruat. Lib. VII. cap. 26. p. 109. Sed conf. quae aduersus illum in medium produxit V. A. EVERO OTTO de Aedil. Coloniarum, cap. 5. p. 157. et seq.

§. III.

De Curia Imperiali, s. Regali: Interdum et Placiti nomine venit. In illa iudicia et inuestituras peragi moris fuit. Locus ex Aurea Bulla illustratur.

Curiae autem nomen inprimis medio aeuo inualuit de Aula Imperiali, et Regali, et sigillatim de conuentibus Procerum, quos Imperatores, ac Reges habere solebant. [1]) In illis quod plerumque de arduis Reipublicae negotiis cum Proceribus deliberarent, accidit, vt interdum solennis Curia, PLACITVM quoque appellaretur, quod nomen eiusmodi deliberationibus proprium fuit. Iam de Carolo Magno Poeta Saxo: [2])

- - Conuentum Placiti generalis habere
Cum Ducibus se velle suis denuntiat illic.

Inprimis autem in tali Curia inuestituras peragere, et iudicia exercere moris erat. Atque ita in Aurea Bulla, vbi ordo sedendi inter Principes Electores Ecclesiasticos designatur, duas hasce causas inter praecipua Curiae negotia nominatim recenseri legimus: *In omnibus Imperialibus, puta Iudiciis, collationibus Feudorum, et in refectionibus mensarum, ac etiam in consiliis,*

et

1) Conf. DN. PRAESIDIS Princip. Iuris Publ. Lib. III. cap. 7. §. 3. sequ. Veterum Regum Francorum in celebrandis Curiis morem illustrat LVDOVICVS D' ORLEANS *Ouvertures des Parlements* cap. 10. et sequ. CAR. DV FRESNE Diss. IV. ad IOINVILLAE Histor. Ludouici S. *des Assemblées solennelles des Rois de France.*

2) De Gestis Caroli M. ad An. 777.

et omnibus aliis agendis, propter quae contingit, seu continget, eos pro honore, seu vtilitate Imperiali tractandis mutuo conuenire.

§. IV.

Curiae coronatae. Officialium Palatinorum in Curia functiones. Consessus saepe sub Dio. De Curiis et Placitis solemnibus Principum Imperii. Curiarum Prouincialium Origo.

Equidem semper in comitatu Principum eximii fuerunt Viri. Praecipue tamen in Curiis solemnibus omnis Imperii splendor sese exserebat. Solebant Diebus Festis, et Maioribus quidem, praecipue celebrari. [1]) In illis Imperator, aut Rex Romanorum, Augustalibus indutus, et coronatus, incedere solebat: [2]) Vnde Curiae coronatae vocatae sunt. [3]) Principes festiuis

1) Itaque cum dies isti, veluti stati haberentur celebrandis Curiis, Curiae illae apud Anglos COVRTS de MORE dictae sunt: vti probauit GVRDON *History of the High Court of Parliament*, T. I. p. 48.

2) GODFRIDVS COLONIENSIS ad An. 1235. de Friderico II. *Imperator diademate Imperiali insignitus in Ecclesia Moguntiensi, fere omnibus Principibus adstantibus, debito honore refulsit.*

3) DV FRESNE in allegata Dissertatione p. 159. Curiae Imperialis consuetudinem hac in parte illustrat Diploma, quod Imp. Fridericus I. concessit Bohemiae Regibus, apud LVNIG. Part. Spec. Cont. I. Fortf. I. p. 1. *Decernimus itaque et irrefragabili edicto statuimus, vt liceat praefato Duci Bohemiae, Wladislao, illis temporibus, quibus nos coronam et diadema portamus, in Natiuitate Domini videlicet, et in Pascha, et in Pentecoste, Circulum portare.* Carolus IV. in solemni Curia Noribergae A. 1356. habita, vti ipse profitetur in Aur. Bulla pr. *consedit in solio Maiestatis Caesareae, Imperialibus infulis, insigniis, et diademate*

uis togis, pro sua quisque dignitate, vestiti erant, ipsique Archi-Officiales, et exteri interdum Principes, insignia, et arma in processione praeferebant: quae cuncta sollicite in Aurea Bulla definita sunt. [4]) Tum et solemnes epulas,[5]) in quibus interdum ipsi Archi-Officiales Imperii ministerio fungerentur, [6]) hastiludia, et alia oblectamenta dari moris erat.[7]) Solebant plerumque Curias eiusmodi celebrare in loco vbi Palatium, aut in vrbe, quae hospitium commode, et commeatum praeberet. Ita de Friderico I. solennem Curiam ad Natalitia instruente canit GVNTHERVS[8]):

Hunc

mate coronatus, sanciuitque in eadem Aurea Bulla cap. 26. §. 5. vt in solenni Curia *Imperator, vel Rex Romanorum omnibus insigniis Imperialibus induatur.*

4) Vid. Aurea Bulla cap. 27.

5) GODFRIDVS COLONIENSIS l. c. de eodem Imp. Friderico II. *Post Missarum solemnia, inuitans Principes omnes, et omnem comitatum eorum, ad festiuas epulas, quae in loco campestri magnis sumtibus fuere praeparatae.*

6) ALBERTVS ARGENTINENSIS ad An. 1356. de Curia Metensi Imp. Caroli IV. scribit: *Eodem anno venit Carolus Imperator ad ciuitatem Metensem, in aduentu Domini, celebrans ibidem Natalem Domini. Fueruntque ibi Electores, et Officiales seu Ministeriales Imperii, quorum quilibet ministrabat Imperatori sedenti in mensa, in officio, seu ministerio suo proprio.*

7) In GESTIS BALDVINI, Lib. II. cap. 3. de Curia Henrici VII. Coloniensi, An. 1309. *Hinc gaudia gaudiis cumulabantur, hastiludia continua, choreaeque solemnes celebrabantur. Ibique continuo ipse Rex cum Principibus et Nobilibus, totoque vulgo, specialiter in die Natali Domini solemnissimam habens Curiam, conuiuando festiuauit.*

8) In Ligurin. Lib. V. p. 110.

Hunc celebrare diem digno meditatus honore
Caesar, vbi illustrem legeret sibi Curia sedem,
Quae posset pleno tot millia pascere cornu,
Wormatiam petiit etc.

Saepe tamen conseſſus ſub dio, interdum etiam extra moenia vrbis, 9) habebantur, efformatis tumultuario opere ſubſtructionibus, in quibus Imperator, aut Rex Romanorum, cum Principibus conſideret. 10) Quod ipſum videtur ex antiquiſſima conuentus publicos habendi conſuetudine duraſſe, de qua veteres chartae teſtantur, in quibus placita ſub arboribus, aut ad viam publicam habita commemorantur. Durauit nomen ſolemnis Curiae in Aula Imperiali, quamuis iam dudum

9) ARNOLDVS LVBECENSIS Lib. III. cap. 9. de Curia Moguntienſi Friderici I. ita loquitur: *Erat autem prope ciuitatem, inter Rhenum et Mogum, quaedam magna planities. Illic Imperator propter ciuitatis anguſtiam, et aeris gratiam, Eccleſiam maximam, et Palatium de lignis honeſtiſſime fieri iuſſerat, et alia habitacula diuerſa, et innumera, vt ibi tantae ſolemnitatis iucunditas honeſtiſſime celebraretur.* CONRADVS VRSBERGENSIS ad An. 1192. *Sequenti anno, in tempore Paſchali, maximum feſtum nuptiarum celebrauit cum multis Principibus, et Baronibus, apud Auguſtum in campo magno, qui dicitur Concio Legis.*

10) Hinc lucem accipit textus AVR. BVLLAE cap. 28. §. 7. *Praeterea conſummatis his, quae in Imperiali qualibet curia, ſiue Regali, fuerunt pro tempore diſponenda, recipiat Magiſter Curiae pro ſe totum aedificium, ſeu ligneum apparatum Imperialis, ſiue Regiae ſeſſionis, vbi ſederit Imperator, vel Rex Romanorum, cum Principibus Electoribus, ad celebrandas ſolemnes Curias, vel feuda, ſicut praemittitur, Principibus conferenda.*

dum mutato vetere Palatii ordine, quoties actus solemnes, quibus Officiales Imperii hereditarii interesse debent, patrandi sunt. Eiusque rei in Capitulatione Imperiali vestigium occurrit. [11]) Ceterum ad Imperatorum, Regumque exemplum, alii etiam Principes Curias suas, et Placita habere solebant, vt ipsae passim diplomatum subscriptiones docent. [12]) Ab illis Conuentus Iuridici per Germaniam nomen Curiae Prouincialis retinuerunt.

§. V.

Curiae significatio in Iure Feudali. Curtis, et Curia synonyma. Feuda in Curte, et extra Curtem vnde dicantur? Maiores Curiae quaenam?

In Iure Feudali Curiae, et Curtis vocabula promiscue vsurpantur. Curtis autem, siue Cortis, inferioris aeui Scriptoribus villam, seu habitationem, aedificiis, colonis, seruis, agris instructam notat; vnde Curtes

11) CAPITVL CAROL. Art. III. Wir wollen auch die Verfügung thun, wenn der Churfürsten Amts-Verwesere, und Erb-Aemter, bey Unserem Kaiserlichen Hoff begriffen, daß dieselbe iederzeit, und insonderheit, wenn, und so offt wir auf Reichs-Wahl- und anderen dergleichen Tägen, unseren Kayserlichen Hoff begehen, oder Sachen vorfallen, darzu die Erb-Aemter zu gebrauchen sind, in gebührendem Respect gehalten, und ihnen von unseren Hoff-Aemtern keines weges vor- oder eingegriffen werden. Vbi verba, Unseren Kaiserlichen Hoff begehen, ad ritum celebrandi curiam solemnem pertinent.

12) Conf. MABILLONIVS de Re Diplomatica Lib. II. cap. 28. Itemque DV FRESNE l. c. p. 164. Idem argumentum Principum Germaniae diplomatibus suppleri atque illustrari facile posset, si locus hic permitteret.

Curtes Regiae, Dominicae, villicales, passim in Diplomatibus occurrunt. Interdum et ipsum vicum, qui villae suberat, [1]) comprehendit. Quo sensu intelligi vocabulum debet, vbi Feudorum intra, et extra Curtem [2]) mentio fit. Denique nomen Curtis, aeque ac Curiae, Regiam, aut Palatium, itemque comitatum, et familiam Principum designat, et in specie iudicium, et consessum, in quo causae Feudales tractantur. Hoc sensu *consuetudo Curiae* II. F. 9. 1. et *Iudex Curtis* I. F. 18. occurrit. Hoc sensu etiam *maiores Curiae* vocantur, Domi-

§. V. 1) Id ex pluribus nominibus locorum, in COVRT desinentibus, probat VALESIVS in Not. Gall. p. 416. 418. et 419. et in Praef. p. XIX. et XX. Idque facile esset ex nominibus locorum in Germania illustrare.

2) Feuda in Curte sunt, quando Dominus partem praedii, ad Curtem spectantis, aut fructum ex praedio, in feudum largitur. Id ipsi indicant textus. Ita I. F. 5. §. 1. *Item si quis feudum habuerit in Curte Domini sui, non poterit ipsum feudum in aliqua parte, libellario nomine, alicui sine consensu Domini sui, dare, vel pignori obligare. Similiter si extra Curtem detinuerit, et Dominus districtum habuerit, vel alium honorem: et si alienauerit sine domini voluntate, iure ad dominum reuertitur.* Et II. F. 51. pr. *Quidam Capitaneus in quadam Curte sua beneficium dedit militibus, et postea eandem Curiam vendidit.* Neque aliter accipiunt antiqui Feudorum Interpretes, ex quorum sententia hanc diuisionem illustrat GABRIEL de BELLIS de Feud. Part. I. cap. 2. §. 4. Sed recentiori aeuo latius extenderunt hunc significatum Iure Consulti, cum Feudum in Curte vocant, quod intra territorium Domini situm est: extra Curtem, quod in territorio alieno.

Dominorum ſcilicet, qui plures clientes haberent. [3]) Denique vocabulum Curiae pro vniuerſo territorio, in Iure Feudali ſumi contendunt Interpretes. [4]) Sed hic certe ſignificatus non eſt huius loci.

§. VI.

Parium Curiae definitio: Pares quinam dicantur? Pares Domus: Pares Curtis.

Ex illa vero vocis Curiae appellatione, qua Iure feudali Praetorium, ſiue Conſeſſum Domini et Vaſallorum indicat, Pares Curiae nomen traxere. In quibus definiendis tam noſtrates, [1]) quam Gallicani Iuris Feudalis interpretes [2]) fluctuant. Tutiſſimum forte fuerit Pares

3) II. F. 89. *Beneficia conditionalia, quae in Maioribus Curiis a vetere tempore eſſe noſcuntur: vtpote Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Ducum, Marchionum, Comitum Capitaneorum, ſiue etiam maiorum Valuaſorum* etc.

4) Sequuntur illi HOTOMANNVM qui in Comment. de verbis feudalibus voc. *Curtis: latius hoc nomen vſurpari*, ſcribit, *pro territorio, et finibus eius Domini, cui Vaſalli ſubſunt.* Sed quae ad probationem adducit loca, contrarium potius innuunt.

§. VI. 1) Mirum quam varient in definitione Parium Curiae. VINTHERVS definit in Diſſ. de Paribus Curiae, §. 6. *Eſſe Conuaſallos eiusdem Domini immediatos, in eadem Curia exiſtentes, et per conſuetudines feudales, ad decidendas inter Seniorem et Vaſallum, qua tales, emergentes controuerſias, Iudices conſtitutos, et legitime electos.*

2) Ex Iure Conſultis Gallis ita definit BRVSSELIVS, p. 260. *Vaſſaux, qui tiennent leurs fiefs en vn egal degré de Nobleſſe.* Incongrua vero eſt definitio, quam dedit Auctor Hiſtoriae Pariatus Franciae (*Hiſtoire de la Pairie de France*,) p. 6. cum Parem

Pares Curiae in genere appellare *Vasallos*, *eodem feudi iure gaudentes*, *in eadem Curia.* Parium vero vocabulum, quod itidem varii sensus est, origine sua aequalem, sodalem, commilitonem notat, eoque significatu passim in Legibus Regum Carolingorum occurrit. [3]) Deinde et strenuum bello virum indicat. [4]) Denique in feudali disciplina propriam hanc, quam modo dedimus, notionem obtinuit. Dicuntur etiam Pares Curtis II. F. 2. *) aut Pares Domus I. F. 26. **)

 §. VII.

Parem Franciae ita definit: *C' est un Officier du plus eminent Ordre de l' Etat, constitué par le Roi, et reconnu de tout tems pour Juge naturel des Nobles du Royaume, en toutes leurs causes réelles, et personelles.*

3) CAPITVLAR. CAROLI M. Tit. 71. *Quicumque ex his, qui beneficium Principis habent, Parem suum, contra hostes communes in exercitu pugnantem dimiserit, et cum ire vel stare noluerit, honorem suum et beneficium perdat.*

4) Hoc sensu adhibetur a GERBERTO, epist. 50. ad Mathildin Comitissam, vxorem Gotfridi Comitis Verdunensis: *Deponat Domina mea Mathildis omnem querimoniam. Clarissimus Vester Coniux Godefridus, inter* PARES *praecipuus, ac ipsis hostibus formidabilis, hoc praecipit.*

*) *Si enim domino adhuc in possessione constituto, an facta sit inuestitura, quaeratur, non debet probare, nisi per Pares Curtis illius Domus, vel per publicum instrumentum, a tribus, vel duobus Paribus confirmatum.*

**) *Si quis se, vel patrem suum ab aliquo defuncto, vel patre eius, de feudo inuestitum contenderit, nisi per duos Pares de domo ipsius domini probauerit, quod intendit, vel etiam cum Pares absunt, per alios duos idoneos testes* etc.

§. VII.

Qualis paritas inter illos requiratur? Reges inter Pares Curiae.

Pares Curiae dicuntur, non intuitu Domini, ſed aequalitatis mutuae. Eaque paritas in ſpecie a qualitate nexus feudalis aeſtimatur. Itaque vt immediate feudum ab eodem Domino teneant opus eſt: et eiusdem indolis, aut clypei. Ita e. g. Caſtrenſis, non poterat ſententiam ferre de feudo recto. [1]) Nec Miniſteriales adhiberi poterant in iudicio Feudali, donec et ipſi feudorum capaces facti eſſent. [2]) Veteres Feudorum interpretes, atque ex illorum in primis ſententia IACOBINVS de S. GEORGIO, [3]) et MARINVS FRECCIA, [4]) etiam aequalem dignitatem in Paribus Curiae

§. VII. 1) IVS FEVD. ALEMANNICVM cap. 139. ex verſ. Schilteri. *Tenetur etiam in Iudicio feudali caſtrenſi ſententias dicere, non item de aliis feudis; niſi etiam feudum rectum ab eo teneat, tunc enim ſententiam proferre poteſt etiam de feudis rectis.*

2) Henricus, Rex Romanorum, in Curia Aquisgranenſi An. 1222. teſtatur ſtatutum, apud BVTKENS Troph. Brab. T. I. p. 98. *Inuentum igitur, et ſententiatum eſt ibi, quod in Iure Feudali, omnis Feudatarius aeque iudicare poſſit ſuper feudis Nobilium, et Miniſterialium, exceptis tamen feudis Principum.*

3) Tract. de Feudis p. 239. n. 10. (ed. Colon. anni 1575. 8.) *Pares Curiae, qui habent cognoſcere de cauſa feudali, debent eſſe illius qualitatis, cuius ſunt Vaſalli litigantes. Et ideo ſi Vaſallus ligitans cum Domino eſt Comes, vel Baro, certe Pares Curiae, qui habent cognoſcere de illa cauſa; ſimiliter debent eſſe Barones, vel Comites.*

4) De Subfeudis Baronum Lib. II. f. 245. n. 11. *Comites, et Barones Regni cum pro criminibus accuſantur per iudices ordinarios*

Curiae requirunt. Sed hoc non debet extendi vltra dignitatem feudi ipſius. Certe dignitas, quae aliunde forte obtigerit Vaſallo, paritatem illam Curiae non tollit. Itaque Angliae Reges ratione Ducatuum, et Comitatuum, quos a Rege Franciae in feudum tenebant, inter PARES Regni illius cenſebantur. Neque audita fuit exceptio Iohannis Regis, cum Regiae Dignitatis praerogatiua, Iudicium illud Parium declinare vellet. [5])

§. VIII.

Origo Parium ex antiquis Germanorum moribus. Vt per Galliam et Britanniam propagati?

Vt in originem Parium Curiae inquiramus facit ſolicitudo Scriptorum, qui hic quoque in diuerſa abeunt. [1]) Videtur nobis repetenda ex ipſa primaeua

 Germa-

narios non damnantur, aut abſoluuntur, niſi cum interuentu aliorum Parium: vt, ſi eſt Comes, cum interuentu duorum Comitum; ſi eſt Dux, cum interuentu Ducum; et ſi eſt Baro, cum aſſiſtentia Baronum.

5) Ita apud MATTHAEVM PARIS. reſponſum Iohanni, Regi Angliae: *Licet eſſet alias Rex vnctus, tamen tamquam Comes, et Dux, eſſe illum de iurisdictione Domini Regis Francorum.*

§. VIII. 1) De Origine Parium BERNARDVS du HAILLAN in Tr. *de l'Etat des affaires de France*, p. 296. *Or faut il entendre, que les fiefs étants devenus hereditaires et patrimoniaux, comme dit eſt, ſuivant l'uſage ecrit des fiefs Lombards, en chacun fief dominant fut établi nombre certain de Vaſſaux, appellez Pairs, ou Francs hommes de fief, et de Cour, chargez de tenir la Cour du Seigneur, avec lui iuger des cauſes feodales, et autres, qui en dependent, étre préſens aux nouvelles inveſtitures: et pour raiſon*

Germanorum libertate, et antiquo more iudicia [2]) aeque ac consultationes de Republica, exercendi in conuentibus populi, qui modus etiam sub Carolingis Regibus, [3]) et deinde quoque diu seruatus fuit. Hanc originem agnoscunt etiam ceterarum gentium, quae Pares Curiae habuerunt, Scriptores. Ita Iureconsulti Gallicani a primaeua Francorum libertate instituta Parium repetunt. [4]) Angli etiam ad maiores suos, Saxones, [5]) insigne hoc libertatis suae praesidium, quod non, nisi a Paribus suis iudicari possunt, [6]) referunt.

§. IX.

son de ce ont grande prerogative, et Noblesse. Les dits Vassaux iugeans furent appellés Pairs, parcequ' ils avoient pareille iurisdiction, autorité, preéminence, privilege, et charge, l'un comme l'autre: et est cette forme de iuger les causses féodales per les Pairs du fief très-ancienne en France; d'où est venüe l'opinion des XII. Pairs.

2) Paritatis inter Iudices seruandae vestigia diu durarunt in Germania. Conf. Ius Prouinc. Sax. Lib. II. Art. 12.

3) Ita Lotharius I. Imp. ap. NITHARDVM in libr. de Dissension. filiorum Ludouici Pii, profitetur; *se Consilio fidelium suorum in omnibus parere velle.*

4) AVT. *Hist. de la Pairie de France*, p. 1. *Il est besoin pour parvenir à la definition d'un Pair de France de faire connoitre, que c'etoit un Droit naturellement acquis à la Nation Françoise, que chacun fut iugé par son Pair, c'est à dire par son pareil.*

5) Id post CAMDENVM repetit et confirmat AEGIDIVS DVNCOMB, qui nuper data opera, hoc iuris Anglicani capue excussit, in libro, cui titulus: *Trials per Pais, or the Law concerning Juries*, p. 2.

6) DVNCOMB l. c. p. 3. *To be tried by onés Peers, is the greatest privilege a Subject can wish for; and so excellent is the Constitution*

stitution

§. IX.

Curia Parium formulam accepit ex Disciplina Feudorum: Obligatio Vasallorum ad Curiam, et Placitum.

Ex communi hac aequalitate consiliorum, et iudiciorum, facile deinde inter Feudorum instituta, efformari Curia Parium potuit. Namque omnis illa Disciplina fide et honestate praecipue nitebatur, nihilque magis conueniens erat, quam vt causae omnes a Domino consensu Vasallorum, tamquam inter commilitones transigerentur. Antiquum morem Conradus Salicus Imperator Lege insuper confirmauit. Peculiare sane officium Vasalli fuit adesse Domino in Curia, ad res communes expediendas, [1]) inprimis vbi inuestiturae peragendae, aut iudicia essent exercenda. Hinc solemne illud: *Vasallum teneri Domino ad Placitum, et ad Iustitiam:* [2]) itemque: *Sequi, et iuuare Dominum de Placito.* Quod inprimis frequens est in formulis Gallinicis. [3]) Sed nec exulat ex formulis fidelitatis, in Germania vsitatis. [4]) §. X.

stitution of the Government of this Kingdom, that no Subiect schall be tried but by his Peers. The Lords by theirs, the Commons by theirs, which is the fortress, and Bulwark of their Liues, Liberties, and Estates. Add. FORTESCVE de laudibus Legum Angliae, c. 29.

§. IX. 1) II. F. 20. *Per Curiam, quidquid inter Dominum et Vasallum agendum est, expediri debere.*

2) Gall. *faire le seruice de Cour, et de Plaits.*

3) argumentum excussit DIONYS. SALVAGNIVS in Tr. *de l'Vsage des Fiefs*, Lib. I. cap. 12. p. 105. (edit. nouiss. An. 1731.) add. BRVSSEL. p. 104.

4) Ita in formula iuramenti apud Burgermeister vom Reichs-Adel, p. 328. sequ. iurat Vasallus: zu thun, was ein Lehn-Mann seinem

§. X.

Scopus Parium Curiae: Vtilitas eius instituti.

Et habebant sane haec instituta haud parum vtilitatis, qua sese commendarent. Cum enim liceret iniurias ferro vlcisci, magna merito opportunitas visa est, PARIVM iudicio sopiri lites posse. Neque illud Domino suspectum esse poterat, ob fidelitatem, quam ipsimet iurauerant. Vasalli vero multum merito tribuebant Paribus suis, etiam aduersus Dominum, propter aequalitatem conditionis, et libertatis fauorem. [1]) Prostant sane exempla Pares contra Dominum pronuntiasse, neque illum aegre tulisse. Insigne in tali causa praeiudicium refert VDALRICVS ZASIVS. [2]) *Huc pertinet casus, quem de facto habui. Titius filio vnico in acie amisso, impetrat a Caesare Maximiliano filiae successionem. Contradicunt agnati, atque Caesarem arguunt iudicis, in hac causa suspecti. Remittit ideo Caesar, ceu Austriae Dux, causam hanc ad Pares Curiae Sundgouiensis. Hi sententiam ferunt aduersus Titium, non attento Caesaris libello. Eos scilicet animos pro iustitia habent Pares in Germania, praesertim si Nobiles sint. Nullo domini timore territi iudicant, quod ipsis iuxta mores feudales iustum videtur.*

Hinc

seinem rechten Lehn-Herrn schuldig, Urtheil zu sprechen mit Ihrer Fürstlichen Gnaden Mannen, so ihr darzu ermahnet, und erfordert werdet.

§. X. 1) Conf. Histoire de la Pairie, p. 45. in fin.

2) Feud. Part. XI.

Hinc etiam reperimus nobiliſſimos homines, cum ſe aliis Principibus in clientelam darent, hoc praecipue ſtipulari ſolitos, ne alio, quam Parium iudicio, ſtare tenerentur. [3])

§. XI.

Pares Regni, et Pares Curiae vti differant? Digreſſio de Paribus Regni.

Parium vero, qui ex Diſciplina feudali formulam ſuam acceperunt, diuerſae ſunt claſſes. Primum locum PARES REGNI obtinent. Habent hi aliquid commune cum reliquis Paribus Curiae Dominorum infe-

3) Egregium eius rei documentum habemus in tabulis, quibus Theobaldus, Comes Campaniae, Vaſallum ſe profitetur Regis Philippi, apud BRVSSEL. l. c. p. 349. *Ego Theobaldus, Comes Campaniae et Briae, notum facio vniuerſis, me ſuper Sacroſancta iuraſſe cariſſimo Domino meo, Philippo, illuſtri Francorum Regi, quod ei, ſicut Domino meo Ligio, bene et fideliter ſeruiam contra omnes homines, et foeminas, qui poſſunt viuere, et mori: et quod ei non deficiam de bono et fideli ſeruitio, quando ipſe mihi faciet rectum Curiae ſuae, per iudicium eorum, qui me poſſunt et debent iudicare. Et ſi forte, quod abſit, de bono et fideli ſeruitio deficerem Domino Regi, quam diu ipſe mihi facere vellet, et faceret rectum Curiae ſuae, per iudicium eorum, qui me poſſunt et debent iudicare; Dominus Rex ſine me facere, poſſet adſignare ad quidquid teneo de eo, et tam diu tenere in manu ſua, donec id eſſet emendatum ad iudicium Curiae ſuae, et eorum, qui me poſſunt et debent iudicare. Et omnes homines mei, quorum iuramenta receperit Dominus Rex de conuentionibus iſtis obſeruandis, adhaerebunt Domino Regi contra me, et eum iuuabunt, donec id fuerit emendatum ad iudicium Curiae ſuae, et eorum, qui me poſſunt et debent iudicare.*

inferiorum. Quippe Regi ipsi adsunt in Curia, vti hi Domino quisque suo. Sed autoritatem multo ampliorem consecuti sunt. Concurrunt enim ad grauiora Reipublicae negotia administranda, cum reliqui Pares tantum ad tractandas causas feudales adhibeantur. In Imperio Romano-Germanico Status Imperii saepius Pares Curiae appellantur, cum reuera Pares Regni sint. Haec ipsa vero PARIVM REGNI appellatio in regnis Galliae, et Britanniae, inprimis inclaruit. In Gallia quidem cum initio omnes, qui feudum Regale immediate a Rege tenerent, eo nomine censerentur, duodecim tandem Proceres, ex Ecclesiastico et Seculari Ordine, delecti sunt, qui propriam Parium Regni dignitatem haberent, et perpetua illis Curia Parisiis attributa. [1]) Quo vero tempore [2]) praecise id factum, necdum inter ipsos Rerum Francicarum Scriptores convenit, cum alii sub Philippo Augusto factum contendant, alii ad tempora Ludouici S. referant. [3]) Vti vero Parium Regni numerus, successu temporis, ampliatus sit, quaeque circa dignitatem motae controuersiae, non est huius loci exsequi. In Regno Britanniae, omnes Parium Regni iure

§. XI. 1) Nobilissimum hoc Iuris Publici Gallicani argumentum plurimi attigerunt. Neque tamen exhaustum est. Exspectationi certe minus satisfecit, quae nuper prodiit, *Histoire de la Pairie de France*.

2) Conf. BRVSSELIVS, p. 646.

3) Conf. P. DANIEL Histor. Franc. T. II. p. 651.

iure censentur, qui in Superiori Senatu Regni locum habent.

§. XII.

Pares Curiae vel Ordinarii, vel Selecti. De numero Parium. Pariatus realis. Foeminae vtrum Pares esse possint.

Sed nos iam de Paribus Curiae in specie sic dictis tantum solliciti sumus. Equidem Vasalli eiusdem Curiae, et Ordinis, omnes sibi inuicem pares censentur. Cum vero maiores Curiae plures haberent Vasallos, et magno interdum terrarum interuallo ita diuisos, vt ad Dominica Placita omnes conuenire vix possent; tum etiam ne tantus Vasallorum numerus iudicia turbaret; selecti sunt, qui Domino adessent in Curia; iisque in specie Parium nomen, et propria velut dignitas attributa est. Hinc legimus, certum, ac definitum ferme fuisse in maioribus Curiis Parium numerum. [1]) Non idem tamen vbique seruatus. Plerumque duodenarius placuit, [2]) inprimis ex quo in ipso Franciae Regno Parium consessus ad illum adstrictus fuit. Idem et Iure Alemannico requiritur.[3]) Et sane videntur veteres populi Septentrionales hunc numerum veluti sacrum habuisse; vti pluribus exemplis

 docuit

§. XII. 1) Conf. DV FRESNE in not. ad Stabilimenta S. Ludouici, p. 178.

2) Vid. DV FRESNE l. c.

3) IVS FEVDALE ALEMANNICVM c. 18. Ein Herr soll zum mynsten zwölff Mann han, da er um Lehn richtet. Iure Saxonico sex ad minimum Pares requirebantur.

docuit HICKESIVS.[4]) Hofce Curiae Pares Ordinarios vocare licet. Cumque feudo ipfi inhaereret ea qualitas, inde orta eft diftinctio, inter Pariatum Realem, et Perfonalem.[5]) Ex quo denique fucceffu temporis, eiusmodi feuda ad filias deuolui coepere, confuetudines Galliae foeminas etiam in confeffum Parium admiferunt.[6]) Quod plane contra indolem Iuris ciuilis;[7]) et Italicis quoque confuetudinibus improbatum. Ita inter ipfos PARES REGNI confidentem

4) In Diff. epiftol Thef. L. Lingu. Septentr. inferta p. 41. Sed maiori adhuc apparatu id egit eruditiffimus Epifcopus, GVIL. NICOLSONVS, in Praef. ad Leges Anglo-Saxonicas a Cl. DAVIDE WILKINS editas p. 9. feq.

5) Vid. *Hiftoire de la Pairie de France*, p. 22. vbi de Paribus Regni fub Hugone Capeto: *Cette union de nouvaux domaines à la Couronne de France par l'election de Hugves Capet, y ramena auffi de nouvaux Vaffaux. Les plus grands d'entre eux ayant été privés de l'ancienne Pairie, et du fuffragare, qu'ils avoient dans les anciens Parlamens, quand ils devinrent Sujets des Ducs de France, parceque la Pairie avoit ceffé d'etre perfonelle, et qu'elle etoit affectée aux Provinces, rendües hereditaires aux plus grandes familles.*

6) BRVSSELIVS p. 202. *Je ne dois omettre de remarquer à ce propos, que les femmes, qui tenoient de leur chef des fiefs de meme dignité, que l'etoit celui du Vaffal, qu'il s'agiffoit de juger, pouvoient affifter au jugement de ce Vaffal, et y donner leur voix, comme fes Pairs.*

7) Conf. CVIACIVS in Obferu. Lib. 13. cap. 23. et qui ex Iure Graeco ac Romano idem caput illuftrauit PETR. FABER Semeftr. Lib. III. cap. 14.

tem inuenimus Mathildim, Comitiſſam Arteſiae, Parem Franciae. Illa An. MCCCXV. cum reliquis Paribus iudicio, in Robertum, Comitem Flandriae, edito, et anno ſequente, coronationi Regis interfuit. [8])

§. XIII.

Quomodo eligendi Pares? Quid obtineat, vbi Dominus Pares non habet?

Vbi vero Curia Pares Ordinarios non habet, quoties cauſa incidit, quae autoritatem illorum requirit, ſeligi debent ex reliquorum Vaſallorum ordine, qui Iudicium peragant. Id *Curiam munire Paribus* [1]) vocant, et ſufficiente quidem numero adeſſe debent, quo *Curia plenaria* dici poſſit. Vt vero tam Vaſallo, quam Domino Pares nominare liceat, Imp. Conradi Salici lege cautum fuit. [2]) In Germania quoque in Iudicio Camerae Imperialis, improbatos Dominorum id ſibi

 ſolis

8) Conf. WILH. de NANGIACO in Chron. ad An. 1316. *Tamquam Par Regni, coronam Regni cum ceteris Paribus dicitur ſuſtentaſſe, de quo aliqui indignati fuerunt.* Conf. CERIMONIALE FRANCICVM, T. I. p. 145.

§. XIII. 1) Id, quod Conſuetudines Feudales Galliae appellant: *Garnir la Cour de Pairs.*

2) II. Feud. 16. *Si inter Dominum et Vaſallum, orta fuerit contentio, per Pares illius Domus, ſicut lex Conradi dicit, dirimatur. Si vtrique conſenſerint in eligendis Paribus, nulla dubitatio eſt. Si diſſentiant, Domini electio praeualebit, et Vaſallus ſimiliter eligat ſecundum numerum, a Domino comprobatum.*

solis sumentium conatus, praeiudiciis firmat GAILIVS.[3]) Praeualuit nihilominus passim consuetudo in Domini fauorem. Ita FICHARDVS obseruat,[4]) in Curia Bambergensi Episcopum, in propria etiam causa, nominare posse Curiae Parium Adsessores. Recentissimum exemplum Curia Feudalis Wurtenbergica nobis dedit, cum nuper Pares ad instruendum Iudicium euocaret. Idque et alibi passim obtinere publica nos acta docent.[5]) Quodsi in minori Curia forte deficiant Pares, aliunde adsciscit Dominus, aut causam traducit ad Curiam Domini Superioris.[6])

§. XIV.

Functiones Parium Curiae: Inprimis in Collationibus Feudorum.

Iam ipsae Parium in Curia functiones illustrandae sunt. Equidem omnes causas per Curiam expediendas

3) Lib. II. Obseru. 34. idque prolixius tuetur VINTHERVS in Diss. de Paribus Curiae, §. 21.

4) Cons. 18. Qu. 3.

5) Ita Conradus, Comes Castellae, interpellatus ab Equestris Ordinis Vasallo, vt Curia Parium constitueretur, rescribit Anno 1575. inter alia: Jedoch wollen wir Dir, und Deinen Consorten, auf dies Dein Ersuchen, des Rechtens im wenigsten nicht vorseyn, sondern gnädig pflegen. Können Dir aber danebcn günstig nicht verhalten, daß bey Unserer Graffschaft, und Vor-Eltern wohlseeligen Gedächtniß, auch bey Uns selber herkommen und hergebracht, wenn Sie Lehn-Gericht gehalten, daß sie die Pares Curiae allein gewehlet, und niedergesetzt. Apud Dn. de LVDWIG in Diss. de primo foro Subfeudorum imperii, in App. Document. Lit. O.

6) Conf. BRVSSELIVS l. c. p. 270.

diendas ſupra notauimus. Sed duo inprimis genera cauſarum Paribus reſeruata fuerunt, nempe inueſtiturae, et iudicia. Ad inueſtituram tam neceſſaria viſa eſt illorun praeſentia, vt non aliter probari poſſet, niſi per Pares: neque alii teſtes admitterentur. I. F. 10. [1]) Credo hoc introductum primo, ne temere ſurripi aliquid poſſet, atque ideo parium fidem electam, quos ſinceriori in rem Domini, et Curiam ipſam affectu eſſe praeſumtio erat. Inde inualuit conſuetudo, vt inueſtiendi Principes requirerent alios dignitatis ſuae proceres, qui officii cauſa ſibi adeſſent, vtque adhuc ad ſolemnes inueſtituras in Aula Imperiali praeſentia Officialium hereditariorum requiratur. Ex eadem ratione introductum videtur, vt diplomatibus Imperatorum, Regum et Principum [2]) teſtes ſubſcriberent, et Officiales praecipue Palatini, quod in Curia Regum Galliae ſollicite quondam obſeruatum. [3])

§. XV.

Itemque in Iudiciis. Triplex iurisdictionis Feudalis ſpecies.

Nulla tamen parte celebratior in Curia Parium autoritas, quam in Iudiciis. Quae vt melius appareat,

§. XIV. 1) *Si contentio fuerit inter Dominum, et fidelem, de inueſtitura feudi, per Pares Curiae dirimatur: alii enim teſtes, et ſi idonei ſint, admittendi non ſunt, etc.*

2) De his Subſcriptionibus vid. MABILLONIVS de Re Dipl. Lib. II. cap. 21. §. 12: et in ſpecie de moribus Germaniae c. 22. §. 19.

3) IBID. Lib. II. c. 12. §. 13. ſeq. quae MABILLONII obſeruatio facile ſuppleri poteſt ex ſubſcriptionibus Diplomatum Imperatorum, et Principum Germaniae.

reat, ante oculos verſari debet triplex iudicium feudale, quod in Conſuetudinibus Feudorum occurrit. [1]) Namque vel Dominus ſolus lites Vaſallorum dirimit: [2]) vel vna cum Paribus: [3]) vel denique ſola Parium Curia, quando lis inter Dominum et Vaſallum vertitur, cauſam ventilat, conſtituto etiam plerumque Iudice Vicario. [4])

§. XVI.

§. XV. 1) Conf. AMADEVS a PONTE peculiari Tractatu: *Quis ſit iudex in cauſa feudi?*

2) II. Feud. 55. fin. *Si inter duos Vaſallos de feudo ſit controuerſia, Domini ſit cognitio, et per eum controuerſia terminetur: Si vero inter Dominum et Vaſallum lis oriatur, per Pares Curiae, a Domino, ſub fidelitatis debito coniuratos, terminetur.*

3) I. Feud. 18. *Si contentio fuerit de beneficio inter Capitaneos coram Imperatore definiri debet. Si vero fuerit contentio inter minores Valuaſores, et maiores, de beneficio: in iudicio Parium definiatur, vel per iudicem Curtis.* Hunc vero textum explicat alter II. Feud. 34. *Lex Conradi de beneficio, quae dicit: Si inter Capitaneos controuerſia ſit, coram Rege finiatur: ſi inter Valuaſores, coram Paribus Curiae: Mediolani non tenetur, ſed talis diſtinctio ibi obſeruatur, quia, ſi inter duos, quicunque fuerint, de beneficio Regali controuerſia fuerit, quorum vterque a Rege ſe dicit inueſtitum fuiſſe, tunc cauſa coram eo decidatur: ceterae cauſae vero apud Pares Curiae.*

4) Diuerſas Iudicii feudalis ſpecies breuiter, ſed ſatis accurate expreſſit IO. BAPTISTA CACCIALVPVS in Repetit. Cap. *de feudi cognitione:* n. 46. Nec pigebit locum integrum hic dare, vt diuerſi caſus, qui in hac quaeſtione occurrere poſſunt, in meliori luce ponantur: *Si eſt quaeſtio inter Dominum feudi, et tertium, qui dicit Dominum ſibi obligatum ad infeudandum, vel aliud ſimile, tum ſuper hoc ordinarius ipſius rei eſt adeundus. Si autem quaeſtio eſt inter Vaſallum, et tertium, de eo conſtat, quod cognoſcit ordinarius. Si quaeſtio eſt inter*

Vaſal-

§. XVI.

Explicatur Iudicium Parium in specie sic dictum. Coram illo etiam causae feudales Clericorum ventilantur. Dominus quoque respondere Vasallo tenetur.

Atque haec est proprie Iurisdictio Parium, quando soli iudicant. Non Vasalli modo hoc iudicio experiri tenentur, sed etiam qui contendit se Vasallum esse, Domino negante. Neque Clerici, vbi de causa feudali agitur,[1]) detrectare hoc forum possunt. Nam et Episcopi ipsi in Imperio Romano - Germanico, itemque in Regnis Angliae, et Galliae, locum inter Pares

Vasallum, et Vasallum, et non super feudo, seu natura feudi, tunc ordinarius cognoscit: si vero quaestio tangit naturam feudi, seu feudum, et Vasalli praetendunt diuersos inuestitores, tunc causa tractabitur coram ordinario: si vero praetendunt vnum, et eundem inuestitorem, et quilibet vult ostendere de iure suo, tunc Dominus super eo cognoscit. Si vero vnus vult docere de titulo, et alius nullum titulum ostendit, tunc ordinarius cognoscit. Si contentio est inter Dominum, et Vasallum, non super feudo, tunc ordinarius cognoscit. Si vero quaestio feudalis inter eos est, seu tangens feudi naturam, tunc inter Pares Curiae est terminanda causa. Possunt tamen etiam, si volunt, coram alio litigare, Paribus Curiae etiam non consentientibus. Et ista omnia sunt vera in petitorio. Idem est in possessorio iudicio super feudo: quia illud debet coram ordinario tractari, nisi agens esset miserabilis persona.

§. XVI. 1) ANTONIVS QVINTANNADVENNA in erudito opere *Ecclesiasticon* (edito Salmanticae 1592. 4to) Lib. I. cap. 1. disquirit, *Ecclesiasticum beneficium an feudis recte annumeretur?* Sed etiamsi sacerdotia ipsa feudum non sunt, Praelati tamen praedia et Regalia feudi titulo tenent.

Pares Regni habent: [2]) et ipsi iam ab antiquo, eodem iure, quo Laici, intuitu feudorum suorum vsi sunt. Idque Fridericus I. asseruit, [3]) peruicitque vt Episcopi praeter iuramentum fidelitatis hominio etiam se obstrin-

2) Disputant Auctores, vtrum in Regnis Franciae, et Angliae, Episcopi, qua Barones, an qua Episcopi, Pares Regni censeantur? Quae disputatio commode sopiri potest, si dicamus, Episcopos in consessu Procerum Regni locum habere, iutuitu muneris sui: sed inter Pares Curiae, intuitu feudorum. Huc collimant, quae habet BRVSSELIVS p. 655. *Pour ce qui est des Evêques, ils etoient tous naturellement Pairs, par leur dignité, et jugoient à ce titre dans les assembleés de l' Etat, sans egard aux biens, qu' ils pouvoient posseder. Mais quant aux Evêques Pairs de fief, du rang des Pairs Lays de France, ils n' ont été institués, qu' à la fin du douzieme siecle: ce qui selon toute vraisemblance fut fait, autant, pour diminuer l' autorité des Pairs Lays; les Pairs Ecclesiastiques devant toujours être fort attachés au Roi, que pour rehausser par eux la Majesté de l' Empire François.*

3) OTTO FRISINGENSIS Lib. II. cap. 12. vbi de castris Friderici I. in Roncaliis, agit, iudicium quoque feudale ibidem exercitum describit: *Est consuetudinis Regum Francorum, quae et Teutonicorum, vt quotiescunque ad sumendam Romani Imperii coronam, militem ad transalpizandum coëgerint, in praedicto campo mansionem faciant, Ibi ligno, in altum porrecto, scutum suspenditur, vniuersorumque equitum agmen, feuda habentium, ad excubias, proxima nocte Principi faciendas, per curiae praeconem exposcitur, quod sectantes, qui in eius comitatu fuerint, singuli singulos beneficiatos suos per praecones exposcunt, et sequenti die, quicunque nocturnis vigiliis defuisse deprensus fuerit, denuo ad praesentiam Regis, aliorumque Principum, vel virorum illustrium, euocatur: sicque omnes omnium beneficiati, qui sine bona voluntate dominorum suorum, domi remanserunt, in feudis condemnantur. Hunc morem Principe secuto, non solum Laico-*

ſtringerent. [4]) Neque Domino tantum fas eſt Vaſallum ad Curiam parium euocare: ſed viciſſim et ipſe Vaſallo, coram Paribus reſpondere tenetur, quod aeque in Feudis Germaniae, quam Italiae, [5]) et Galliae [6]) obtinuit.

XVII.

Iurisdictio Parium Ordinaria: Sed reſtricta ad cauſas feudales. An delegari poſſit, ac prorogari?

Haec Iurisdictio Parium Curiae iam, cum a Lege illam Pares habeant, II. Feud. 55. Ordinaria merito, vocari poteſt: et Paribus priuatiue competit. Sed reſtricta eſt ad cauſas feudales tantum, adeo, vt ne recon-

D 2

Laicorum feuda, ſed etiam quorumdam Epiſcoporum, id eſt, Hardwici Bremenſis, Vlrici Halberſtadenſis, perſonis tantum, quia nec perſonis, ſed Eccleſiis perpetualiter a Principibus tradita ſunt, abiudicata fuere.

4) Vid. de hac controuerſia RADEVICVS de Reb. Friderici Lib. II. cap. 30.

5) II. Feud. 22. *Si Vaſallus conqueritur de Domino, forſan quia feudum malo ordine intrauit: Domino perperam reſpondente, quid Vaſallo faciendum ſit, quaeritur? Reſpondetur, eum Curiam debere vocare, et in eadem Curia de Domino conqueri. Curia autem debet adire Dominum, eumque ſalua reuerentia, competenter cogere, vt vel poſſeſſionem reſtituat, et acquieſcat, vel iudico Curiae ſe committat. Quodſi ter admonitus facere diſtulerit, tunc licet Vaſallo ad aliam maiorem poteſtatem ire, et ſibi conſulere: et ſi Dominus ei iuſtitiam facere noluerit, poterit eum depraedare.*

6) De Gallicanis in ſpecie refert MEZERAI *dans l' Hiſtoire de la France: Reciproquement, quand le Roi vèoit c' eſt à dire, refuſoit juſtice à ſes Pairs, ils ne craignoient point, de la pourſuivre par les armes.*

reconuentioni quidem coram Paribus locum concedant, nisi res ipsa ex natura, et occasione feudi promanat. [1]) Causam vero feudalem definiueris, *cum inter personas, qualitate feudali praeditas, de re, vel facto feudali disceptatur.* [2]) Neque interest, cuius generis sit feudum, ligium, an non ligium, [3]) circa quod controuersia vertitur. Ceterum eadem causa, diuerso respectu, ad iudicem ordinarium, aut ad iudicium Parium pertinere potest. Ita e. g. Separatio feudi ab Allodio, quamuis coram iudice ordinario peragatur, tamen si inter Dominum et Vasallum causa vertitur, pertinebit ad Curiam Parium. Vtrum vero prorogari [4]) haec Iurisdictio possit, aut delegari, [5]) disceptant

§. XVII. 1) Ita in Iudicio Camerae Imperialis pronuntiatum notauit MYNSINGERVS Centur. IV. Obseru. 90.

2) Hanc causarum feudalium indolem fusius explicat HVLDERICVS ab EYBEN in Diss. *de causis feudalibus*, inter Oper. p. 657.

3) Quoad feudum ligium dissentit CVRTIVS P. I. Qu. 8. n. 25. censetque in tali causa Dominum solum iudicare, his verbis: *Nisi dicas, quod, ex quo feudum ligium praesupponit omnimodam subiectionem, nullius alterius fidelitate reseruata, iste dominus habetur loco supremi Principis, qui bene potest esse iudex in causa propria, vt notant Canonistae.* Verum in feudo ligio etiam locum fuisse Iurisdictioni Parium satis apparet ex literis Theobaldi, Comitis Campanicae, quas supra produximus ad §.X. not. 3.

4) VINTHERVS l. c. th. 19. SONDERSHAVSEN de Par. Cur. th. 20.

5) Affirmatiuam tuetur VVLTEIVS de Feudis Lib. II. cap. 2. n. 6. itemque MOZZA de Natural. Feud. n. 173. Negatiuam propugnat FINCKELTHVSIVS Disp. II. Thes. 15. et VINTHERVS l. c. thes. 20.

ptant Doctores. Sed haec, et quae de executione sententiae Parium, [6]) itemque de appellatione a Curia Parium, [7]) disputari solent, secundum qualitatem feudi, et consuetudines Curiae cuiusuis potius, quam ad generales regulas, expendi debent.

§. XVIII.

De modo procedendi in Curia Parium. An veniam rogare debeat Vasallus? Veteres probationum modi: Duellum: Consacramentales.

Formam Iudicii Parium Curiae, ipsumque modum procedendi, qui penitius inspicere voluerit, vestigia illius in exemplis exercitorum eiusmodi iudiciorum reperiet. [1]) Pleraeque Curiae peculiares et domesticas consuetudines habuerunt, et adhuc habent. [2]) Praeterea in feudalibus, vbi propria instituta deficiunt, recur-

6) De executione AMADEVS a PONTE l. c. n. 8.

7) Prouocationem ad Iudicem Superiorem communiter adstruunt Feudorum Interpretes. De vsu Germaniae L. B. a LYNCKER in libro *de Grauam. Extraiudic.* cap. 5. scribit: Wenn der Streit zwischen dem Herrn und Landsassen eine Lehns-Sache betrifft, *tum coram Paribus Curiae Princeps se conueniri pati debet.* Ja wenn auch gleich der Vicarius Domini mit an der Ritter-Tafel sitzet, *tamen non est ipsius, sed Parium sententia. Apellabitur tunc a Paribus illis, instar Austregarum, ad Cameram, aut Curiam Imperialem.*

§. XVIII. 1) Conf. *Formalités requises pour ajourner un Pair à la Cour du Roi* apud BRVSSELIVM. l. c. p. 337.

2) Ita formam Iudicii Parium Osnabrugae An. 1561. obseruatam dedit LVNIGIVS Corp. Iur. Feud. T. I. p. 1758.

recurritur ad ius commune. [3]) Liceat tamen hic vnam, alteramue obseruationem, speciminis loco adiicere. Disceptatum aliquando, vtrum Vasallus, Dominum in ius vocaturus, veniam prius ab illo impetrare teneatur? Sed contrarium obtinuit per autoritatem Camerae. [4]) Neque illud caput Iuris Feudalis, quod Pares, quoties ad iudicium euocantur, iuramento obstringi vult, in Germania obtinet. [5]) Sed nec iuramentum calumniae exigitur, [6]) propter praesumtionem bonae fidei. Caeterum nec citari partes poterant nisi a Paribus, et Procuratores tam Domini, quam Vasalli, ex numero Parium erant deligendi. [7]) Si in Vasallum grauius quid statueretur, non poterat captiuus detineri, nisi a Paribus: idque adeo in Imperatorum, [8]) Regumque, [9]) Curiis obtinuit.

3) II. Feud. 1.

4) Vid. Praeiudicium ap. MVNSINGERVM Cent. IV. *Obseru. 92.*

5) Vid. SONDERSHAVSEN l. c. p. 18.

6) II. F. 33. *In quibus etiam caussis Sacramentum calumniae a Domino non exigetur, quod nuper Rex Fridericus in Romandiola constituit, vt Vasallus calumniae sacramentum a Domino non exigat. Quod etiam a parte Domini intelligendum est.* Idque vsu etiam seruari notauit VINTHERVS l. c. th. 41.

7) Ita in processu, in Curia Parium Osnabrugensi obseruato, l. c. Daß auch keiner in diesem gehegten Lehn-Gericht rede, er sey denn ein Mann vom Lehn.

8) Ita Imperatores olim Proceres, iudicio Principum damnatos, aliis Principibus custodiendos committere solebant. Exemplum habemus in Historia Henrici II. qui Archiepiscopo Magdeburgensi Henricum, Suinfurtensem Marchionem, custodiendum dedit, apud DITMARVM p. 376.

nuit. Veteres etiam probationum species, in foro quondam receptae, in Feudali iudicio viguerunt, maxime duellum, et iuramentum. Ad hoc autem requirebatur, vt vna iurarent duodecim testes, (*sacramentales* vocant) credere se principalem verum iurare. [10])

§. XIX.

Parium Curiae in Imperio Romano-Germanico vetus vsus. Leges Imp. Conradi Salici, Friderici I. Rudolphi Habsburgici etc.

Hactenus instituta Iuris Communis circa Pares Curiae, tam quae legibus Feudorum, quam quae moribus

9) De Ludouico S. Galliae Rege, Dominum de Couciaco detinente, vt singulare obseruat NANGIVS in Ludouico S. p. 365. *Dominum de Couciaco non per Pares, nec per milites, sed per clientes aulicos, fecisse capi, et in domo sua Parisiis, quae Lupara dicitur, custodiae reseruari.*

10) II. F. 33. §. *Sacramentum.* Magno vero apparatu ius illud iurandum patrari solebat, vti ex ipso textu colligas. *Et cum datur* (sc. iusiurandum) *aut datur a iudice, aut a parte: si a parte, aut subeat cum duodecim sacramentalibus, secundum inferiorem distinctionem, aut referat pars cui delatum est. Si a iudice: iure illi delatum est, cum duodecim Vasallis: cum sex parentibus, caeteros, si vult, habeat extraneos. Dominus vero, si vult, cum parentibus aut cum vasallis solis, aut cum parentibus et Vasallis, vel cum extraneis, mistis parentibus vel vasallis: et iurabit vasallus sine mentione conscientiae: Dominus quoque de suo facto similiter.* Hunc modum et Camera Imperialis aliquando tenuit, vti apparet ex sententia, in causa Röbern contra Baden, quae legitur ap. SAILERVM in *selectissimis Camerae Imperialis sententiis* sub An. 1549. Wollen die Kläger schwören, ꝛc. und darzu zwölff Sacramentales, mitpurgierende Zeugen, so von Adel gebohren, und Rittermäßig, auch gedachter Marggraffschafft Lehenmannen, aus denen zum wenigsten sechs ihnen den Klägern

ribus gentium fundata ſunt, obſeruauimus. Iam in ſpecie reuocabimus ſtilum ad inſtituta, et conſuetudines, quae in Feudis Imperii Romano-Germanici, hac in parte occurrunt. Viguiſſe in illo antiquitus Parium diſciplinam, non modo quae de ortu eius ſupra in medium protulimus, dubitare nos non ſinunt, ſed leges etiam ab Imperatoribus Conrado Salico, et Friderico I. latae confirmant. Vſum ipſum ita exprimit GVNTHERVS:

Si tibi pro feudo, quod te tribuente fatetur
Acceptum, tu vero negas, Vaſallus agendam
Forte mouet litem, non tu, ſed Curia iudex
Audiat, et certo determinet ordine litem.

OTTO, Friſingenſis Epiſcopus, quoque Iudicium Parium inter ſalutaria Germanici Imperii inſtituta recenſet. [1]) Neque Imperator ipſe Iudicium illud dedignatus eſt, quamuis Iureconſulti eum etiam in cauſis propriis iudicare poſſe ſtatuant. [2]) Ita Fridericus I. in Pace Conſtantiae ad Iudicium Parium remiſit lites,

Klägern mit Geblüt verwand seyen, ob sie die also haben mögen darstellen, so dergleichen samt ihnen auch schweren, daß sie glauben, daß die Kläger recht geschworen haben ꝛc.

§. XIX. 1) De Geſt. Friderici I. Lib. I. c. 31. Vbi de moribus Hungariae agit: *Nulla ſententia a Principe, ſicut apud nos moris eſt per PARES SVOS expoſcitur, nulla accuſato excuſandi licentia datur, ſed ſola Principis voluntas apud omnes pro ratione habetur.*

2) FRANCISC. CVRTIVS Tr. Feud. P. I. Qu. 8. n. 25. AMADEVS A PONTE in Tr. *Quis ſit iudex in cauſis feudalibus?* n. 14. et 15.

lites, quae forte inter ipſum et Italicos Vaſallos oriri de feudo poſſent. [3]) Rudolphus Habsburgicus, Romanorum Rex, Iurisdictionem Domini et Parium, in Curia Erfurtenſi, peculiari diplomate aſſeruit: [4]) *Nobis ſedentibus pro tribunali apud Erphordiam, praeſentibus Principibus, Comitibus, Nobilibus, Baronibus, nec non Proceribus Regni, petitum fuit in iudicio Parium coram nobis, vt ſententionaliter definiretur: Si Dominus aliquis habeat Vaſallum, qui attendat quid contra Dominum, et contra quem Dominus habeat actionem, et ius agendi in iudicio, qualiter contra Vaſallum Domino ſuccurratur? Et extitit per ſententiam, conſenſu praecipuorum Comitum, ac Nobilium approbatum, et legitime definitum, quod ipſe Dominus ſuum Vaſallum, praeſentibus aliis Vaſallis, coram ſe ad iudicium poteſt euocare: et cognoſcere poterit pro, et contra Vaſallum, prout ipſorum dictauerit praeſentia Vaſallorum.* Idem et Albertus I. ſanciuit. [5])

§. XX.

3) CONSTIT. de PACE CONSTANTINENSI: *Si qua controuerſia orta fuerit de feudo inter nos, et alium, qui ſit de ſocietate, per Pares, illius ciuitatis, vel Epiſcopatus, in quo deſcendit, agetur: et ſecundum conſuetudinem illius ciuitatis, in eodem Epiſcopatu terminetur: niſi nos in Lombardia fuerimus: tunc enim in audientia noſtra, ſi nobis placuerit, agitabitur.*

4) Apud LEHMANNVM in Chronico Spirenſi, Lib. V. cap. 108.

5) Apud GOLDASTVM Reichs-Satzung: P. II. p. 27.

§. XX.

De iudicio Principum, quod olim in Imperio viguit. Leges Palatinae quaenam? Forma Iudicii.

Inter hosce Parium in Imperio consessus eminet Iudicium Principum, proprium Imperio Romano-Germanico, quod tam Pares Regni, quam Pares Curiae repraesentauit. In illo non mutuas modo Principum lites, et Regum aduersus Vasallos querelas, discutere moris fuit; sed nec Imperatores ipsos cum Principibus, [1]) si qui forte haberent, quod quererentur, iure agere poenituit, ac rescindere adeo, quae iniquius acta illo iudicio euictum esset. Atque hae leges, et consuetudines Curiae secundum quas iudicare solebant, sunt ipsae illae LEGES PALATINAE, quarum passim apud veteres Scriptores fit mentio, [2]) vti consessus ipse IVDICIVM PALATII subinde vocari solet. [3]) Huic Iudicio causas Procerum disertis verbis seruauit Fridericus II. [4]) Formam

§. XX. 1) Ita Henricus IV. in Epistola ad Archiepiscopos, et Principes Germaniae, apud VRSTISIVM. Tom. I. *Nos autem pro consilio vestro, et aliorum, qui nos odio non habent, religiosorum virorum, parati sumus, tam filio nostro, si in aliquo eum offendimus, quam alicui in Regno, libenter rationem dare.*

2) Hoc sensu Proceres Saxoniae, confoederati aduersus Imp. Henricum IV. petunt ap. LAMBERTVM SCHAFNABVRGENSEM p. 239. *vt secundum* PALATINAS LEGES *iusta examinatione habita, vel puniat conuictos vel absoluat innocentes.*

3) ADAMVS BREMENSIS Lib. IV. *Comes secundum IVDICIVM PALATII exilio relegatus est.*

4) Habemus constitutionem Friderici II. Moguntiae An. 1236. in

mam illius [5]) illuſtrabunt exempla, quae plurima apud rerum Germanicarum Scriptores occurrunt. Inprimis conſpicua eſt lis inter Henricum, et Ludouicum, Duces Bauariae, coram Sigismundo Imperatore, in iudicio Principum ventilata. [6]) Ita e. g. Principes Imperii iudicari volebant a Paribus qui eadem lege viuerent. [7]) Officia Procuratoris a Pari-

 bus

in ſolenni Curia publicatam, ap. GOLDASTVM in Reichs-Satzung: P. II. vbi cap. 24. de Officio Iudicis Curiae ita diſponitur: Wir ſetzen auch, daß des Reichs-Hoff habe einen Hoff-Richter, der ein freyer Mann ſey, der auch an dem Amt zuminſten einen Jahr bleibe, ob er ſich recht und wohl behielt; der ſoll alle Tage zum Gericht ſitzen, ohne den Sonntag, und die H. Tage, und ſoll die Leute richten, die ihm klagen, von allen Leuten, ohne Fürſten und andern hohen Leuten, wo es gehet an ihr Leibe, oder an ihr Recht, oder an ihr Erb, oder an ihr Ehre, das wollen wir ſelber richten.

5) Vid. Geſetze der Chur-Fürſten, und Fürſten zu Baſel gemacht, mit Kaiſer Sigismunden, wie ein Fürſt den andern, für das Römiſche Reich laden ſoll? apud GOLDASTVM Reichs-Satzung P. II. f. 102. Sed haec tantum propoſita fuerunt, non decreta.

6) Vid. Acta eo ſpectantia ap. LONDORP. T. I. p. 28. et ſeq.

7) Ita Henricus Leo aduerſus Iudicium Friderici Imperatoris excipiebat apud ARNOLDVM LVBECENSEM, Lib. II. cap. 24. ſe in terra Sueuiae iudicari debuiſſe. Similiter in cauſa Ducum Bauariae, ſub Sigismundo Imp. deciſum eſt, Henricum Ducem manere in poſſeſſione auitarum regionum, donec *Iure Bauarico* contrarium euicerit Ludouicus: als lang, biß der ietztgenannte Hertzog Ludwig den ietztgenannten Anlaß oder Hindergangsbrief, zu Meringen gemacht, und den ietztgenannten Spruch-Brief zu Freyſingen darauf gegeben, mit Recht vor den

Paribus peragebantur. [8]) Terna citatione opus erat, antequam in contumaciam pronunciari posset: et quae plura sunt eius generis instituta, iis similia, quae inter consuetudines Parium Curiae alias notantur.

§. XXI.

In illo etiam causae feudales tractari solitae.

Ad hoc Iudicium omnes causae Principum, Comitum, Dynastarum pertinebant: sed praecipue feudales. Atque hoc sensu, in specie, Curia Parium, et Principes ipsi Pares Curiae vocantur. Quo vocabulo Imperator Sigismundus aliquoties vtitur in causa Ducum Bauariae, Henrici et Ludouici. [1]) Idem, cum Ericus, Dux Lauenburgi, Fridericum Misnensem

den obgenannten unsern Herrn dem König, oder seinen Nachkommen an dem Reich, und der Fürsten, nach Teutschen Bayrischen Fürsten-Rechten und Gewohnheiten, krafftlose und machtlose machet ꝛc. ap. LONDORP. l. c. p. 31.

8) Sic in sententia, Imp. Sigismundi Constantiae An. 1417. lata, in praedicta causa Ducum Bauariae. Stunde im Gericht der Edle Graff Günther von Schwartzenburg, Königlicher Hoff-Richter, Hertzog Ludwigs, der auch gegenwärtig, Fürsprach.

§. XXI. 1) Ita Sigismundus in literis A. 1426. datis: Demnach wir treflich beladen, und der Entscheidung nicht wohl mögen auswarten, vornemlich auch darum, daß uns nicht gebühret, nachdem wir auch vermeinen Recht zu denen Niederlanden zu haben und in unsrer eignen Sache nicht wohl Richter seyn mögen: und weil die Sache des Heil. Reichs treffliche Lehen anrühret, so haben wir Fürsten, Graffen und Herrn Rath darum gehabt, und meinen, daß billig sey, daß die Sache vor des Heil. Reichs Nammen ausgetragen werde. IBID. p. 31.

ſem ſuper Electorali dignitate in iudicium, ad Concilium Baſileenſe, trahere niteretur, proteſtatus eſt hanc cauſam ad Iudicium Principum, ſiue Curiam Parium, pertinere. [2]) Ipſe deinde has lites Archiepiſcopo Moguntino, in conuentu Principum tractandas mandauit. [*]) Interdum delegati ſunt certi Principes, qui ad inſtar Parium Curiae delectorum de cauſa cognoſcerent. Ita Maximilianus I. in cauſa Geldriae, cum Carolo Egmondano diſceptans, conſenſit, vt quatuor Electores Rhenani arbitrium ſuſciperent, et Epiſcopus Argentoratenſis ſupremus eſſet arbiter. [3])

 §. XXII.

2) In litteris ad Conſilium Baſileenſe, apud LODORPIVM l. c. p. 27. *Cum Principatus officium ac ius ſupra dicta à nobis, ac Imperio noſtro, in feudum immediate deſcendant, ac ſecundum Iuris Communis diſpoſitionem, nec non vſum, morem, ſtilum et conſuetudinem Sacri Romani Imperii, feudalis contentio per Dominum feudi, ac* Pares Curiae *terminenda ſit: liquet, hanc quaeſtionem, ſi qua praetendi poterit, ad noſtram, et illuſtrium Archiprincipum noſtrorum, Sacri Romani Imperii Electorum, pertinere notionem.* Item: *Nos eidem Erico ſemper vltrancos praebuimus iuſtitiae complementum miniſtrare legitime; quod aliter expediri nequit, niſi* Parium *noſtrae Curiae arbitrio, reſpectu feudi memorati. Quos vtique* Pares, *legitime requiſiti, promti ſumus, more Imperialis Maieſtatis intra fines Alemanniae vocare, vbi de cauſis et quaeſtionibus Principum Alemanniae, e ſtilo Imperii nos conuenit iudicare.* Item: *quam inſuper proteſtationem Sacrae Baſilicae Synodo intimare curabimus, ac ipſam requirere, quatenus cauſam ipſam a ſe penitus abdicet, et ad forum noſtrum remittat, more, ſtilo, et conſuetudine Imperii noſtri, et Parium Curiae noſtrae, terminandam*

*) IBID. p. 34.

3) Conf. Müllers Reichs-Tags-Theatrum, T. I. p. 266. vbi et habetur ſumma Laudi, quod Traiecti ad Moſam datum fuit.

§. XXII.

Locus Aureae Bullae de iudicio Comitis Palatini in caussis. Imperatorem concernentibus.

Haec de antiquo Principum Iudicio disquisitio deducit nos ad insignem locum Aureae Bullae, Tit. V. de Iudicio Comitis Palatini in causis, Imperatorem ipsum concernentibus, quem frustra explicandum susceperis, nisi Curiae Parium imaginem ante oculos habeas. *Quamuis Imperator siue Rex Romanorum, super causis, pro quibus impetitus fuerit, habeat,* **sicut ex consuetudine introductum dicitur**, *coram Comite Palatino Rheni, Sacri Imperii Archidapifero, Electore Principe, respondere: Illud tamen Iudicium Comes ipse Palatinus, non alibi, praeterquam in Imperiali Curia, vbi Imperator, seu Romanorum Rex, praesens extiterit, poterit exercere.* Scilicet Imperatorem aut Regem Romanorum, Statuum querelas, eadem aequanimitate audiuisse, qua quemlibet Dominum Vasallo etiam respondere fas erat, supra probauimus. Idque in aliis regnis etiam obtinuit, et in Gallia praecipue, vbi Ducis Burgundiae, ceu primi inter Pares Laicos, ea praerogatiua fuit, vt admonere officii Regem posset. *) Neque enim Iudicium, cui sponte Principes semet subiiciunt, derogat summo Imperio. Totum itaque hunc locum Aureae Bullae accipiendum puto de Iudicio, quod

§. XXII. *) Vid Histoire de la Pairie, p. 26.

quod in Curia Parium exerceri ſolebat, vbi ipſum Imperatorem, cauſa concerneret, atque vbi praecipuam eſſe comitis Palatini autoritatem, vetus forte Traditio inualuerat, cuius veſtigia etiam ante Auream Bullam extant.

§. XXIII.

An tale Iudicium vnquam in vſu fuerit? Certe *iam dudum ceſſat,*

Sed vti minime adſentimur Interpretibus, qui hoc loco per vocem Curiae, ipſam Aulam Imperialem intelligi volunt; ita et fruſtraneum videtur de cauſis, quae hic intelligi debeant, diuerſas illorum opiniones excutere. Neque enim Imperator Carolus IV. aſſerit, Iudicium hoc Comitis Palatini reuera in vſu fuiſſe: neque exempla hactenus prolata ſunt, eum vel poſtea hiſce partibus defunctum fuiſſe. [1]) Verum etiamſi olim autoritas eiusmodi in Curia Principum obtinuiſſet, cum dudum alia ſit rei iudicialis in Imperio ratio, dudum quoque, vna cum ipſo Iudicio Principum, obſoleuit. Itaque caput hoc Aureae Bullae ad ea pertinebit, quae numquam in obſeruantiam deducta ſunt, nunc vero mutato Reipublicae Statui minime congruunt. Scenae tantummodo ſeruiebant, [2]) qui,

§. XXIII. 1) Conf. Dn. SENCKENBERGIVS de fabula Iudicii Palatini in Caeſarem.

2) Vid. ſcriptum ſub titulo: Bedencken, ob die Chur-Fürſtliche Pfaltz, in cauſis grauatoriis, des Kaiſers Richter ſeyn könne? apud LONDORPIVM Tom. I. p. 21.

qui initio Seculi praeteriti, Electori Palatino tale Iudicium, atque adeo Ius aliquod prouocandi ad illum a sententiis Iudicii Imperialis, asserere satagebant.

§. XXIV.

Cognitio de Feudis Imperii reseruata Imperatori. Instauratio Iudicii Principum frustra tentata. Illustratur dispositio Pacis Osnabrugensis, Art. V. 55.

Scilicet consuetudo, vt controuersiae Principum, in Concilio Parium, coram Imperatore vel Rege Romanorum, agitarentnr, Seculo adhuc XV. stetit. [1]) Sub Maximiliani I. Imperio coepit mutatio rei Iudiciariae per Germaniam, quae successu temporis, latius sese diffudit. Instituta tum Camera: Austregae ad certum modum redactae: sed causae feudales soli Caesari reseruatae. Iam Carolns V. statim cum Regimentum Imperii ordinaret, causas feudeles, certo respectu, sibi reseruauit. [2]) Idem repetiit Ferdinandus, Rex Romanorum, in Ordinatione Iudicii Cameralis. [3]) Iamque largiori deinde manu Iudicio Aulico attributa sunt. [4])

Equi-

§. XXIV. 1) Id probat CONRINGIVS de Iudiciis R. P. Germanicae §. 49. et seq.

2) Vid. Ordinat. Regimenti de An. 1521.

3) P. II. Tit. 7. Ob auch Sachen vorfielen, Fürstenthum, Herzogthum, Graffschaften belangend, so vom Reich zu lehn rühren, so einen Theil gantz, und endlich abgesprochen werden sollen, derselbigen Erkenntniß wollen wir der Kayserlichen Maj. oder in Ihrer Liebden, und Kayserl. Maj. Abwesen, uns als Römischen König vorbehalten haben.

4) Ordinat. Ferdinandi III. Tit. 2. In Unsern Reichs-Hoff-Rath sollen

Equidem magni motus fuerunt de instaurando Iudicio Principum, et sub Rudolpho II. publicis adeo scriptis agitati. [5]) Sed inter Tractatus de Pace Westfalica, aestus ille deferbuit, ex quo de ipsis Imperii Iudiciis rite constituendis [6]) inter Paciscentes conuenerat. Totaque res ipsis Pacis legibus ita definita est, [7]) vt *liberum sit Caesareae Maiestati in causis maioribus, et vnde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorumdam vtrius-*

sollen alle und iede Sachen das Heil. Römische Reich, desselben Hoheit, Recht, Herrlichkeit, Regalien, hohe und niedre Lehn ... betreffend, angenommen werden. Conf. Dn. ab ANDLER Iurisprud. Tit. de Iudiciis, P. I. n. 37. et P. II. n. 67.

5) Extat Consilium, cuius Autorem ferunt MARQVARDVM FREHERVM, apud LONDORPIVM Act. Publ. T. I. p. 26. sub titulo: Bericht über die Frage, Ob die Römisch-Kayserliche Maj. in Sachen, Fürstenthum, Hertzogthum, Graffschaften rc. belangend, so vom Reich zu Lehn rühren, und einen Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen, allein, und zwar durch Dero Hoffrath, oder mit Zuziehung der Chur- und Fürsten des Reichs, als Parium Curiae, zu erkennen, und zu sprechen? Idque iterum vrgeri coepit, cum Friderico Palatino ab Imperatore proscripto, de iustitia eius proscriptionis disputaretur.

6) Tum ne nomen quidem Iudicii Principum aequis animis audiebatur. Ita Legati Caesarei, cum Durlacensis instrui tale Iudicium peteret: Weil Ihnen der Durlachische Gesandte beständig anliege, ... von demselben auch auf ein **sonderbares Fürsten-Recht** beruffen worden sey, davon Sie gleichwohl, nach dem beyde höchste Tribunalia im Reich angeordnet, ... nichts wüsten. Vid. DN. de MEIERN Act. Pac. Westphal. T. IV. p. 919.

7) Instr. Pac. Osnabr. V. 55.

vtriusque religionis Electorum, et Principum ſententias, et vota requirere. Haec omnia qui ſecum expenderit, deprehendet aeque errare, qui nunquam extitiſſe hoc Iudicium Principum aſſerunt, quam qui illud adhuc dari ſibi perſuadent.

§. XXV.

Veſtigia primaeuae libertatis in Iudiciis Imperii. Quomodo tractandae cauſae feudales?

Quamuis autem in deſuetudinem penitus iuerit Iudicium Principum, multa tamen primaeuae libertatis, quod non poterant iudicari, niſi a Paribus ſuis, veſtigia manſerunt in Auſtregis, et, certo reſpectu, in autoritate Comitiorum. Praecipue in cauſa proſcriptionis, aut priuationis feudorum. Ex quo enim poſt diuturnam diſputationem conuenit, vt, antequam feratur ſententia, res ad Comitia deferatur, nullibi praeſentius antiqui iuris Principum, et Curiae Parium, veſtigium reperies. Sed in reliquis etiam cauſis, et feudalibus maxime, cautum eſt, ne ſicubi forte inter Imperatorem, et Status controuerſiae quid enaſcitur, res pro arbitrio agatur, ſed legitimo ordine coram Iudiciis Imperii tractetur. [1]) Ad hanc legum prouiſionem

§. XXV. 1) Capitul. Leopold. Art. XV. qui locus totidem verbis in Capitulatione Ioſephina, Art. XIV. retentus eſt. In Carolina ita exprimitur Art. XXI. Sollen und wollen auch die Chur-Fürſten, Fürſten, Praelaten, Graffen, Herren, und andere Stände des Reichs, die Unmittelbare Reichs-Ritterſchaft mit eingeſchloſſen, ‥ unter dem Schein des Rechtens und Iuſtiz.

nem expendi debent cautelae Iure Consultorum, circa controuersias, quae inter Imperatorem, et aliquem e Statibus, vel ipsius Imperii, vel Territorii hereditarii ratione, suboriri possunt *)

Iustiz, nicht selbst fürgewältigen, sondern wo wir zu ihnen allen, oder einem insonderheit, Zuspruch, oder einige Forderungen, vorzunehmen hätten, dieselben wollen wir samt und sonders .. vor die ordentliche Gerichte, .. zu Verhör und gebührlichen Rechten stellen, und kommen, auch daselbst so wohl in cognoscendo, als exequendo, nach den Reichs-Constitutionen verfahren lassen.

*) Conf. SAM. STRYCKIVS *de foris Germaniae singularibus* cap. 6. §. 11. GABR. SCHWEDERVS *de foro Illustrium* §. 45. Iuuat etiam audire Dn. a BERGER ad COCCEII Ius Publ. p. 123. *Adeo nunc constat Imperatoris causas, qua talis, Ciuiles personales, committendas Iudiciis Imperii, praesertim Aulico, nunc vere Palatino, et in ipsa Curia Imperiali constituto: eas autem, quae grauamina Statuum concernunt, (licet feudales extent, v. c. ob denegatam inuestituram, vel nimis protractam, atque alioqui ad Pares Curiae, quales Ordines in Comitiis, deferantur) ita tractandas, vt ipsae decenter exhibeantur Imperatori, adnexa petitione, vt mox medela adferatur. Si quis Caesarem, ratione bonorum Imperii et Dominiorum, (quod raro continget) conueniret, recte res disquisitioni Comitiorum relinquenda foret, quia totius Imperii refert, ista conseruari, et controuersias, ideo exortas, diligentius expendi, et dirimi, ne facile publica res iacturam hinc patiatur. Quidquid huius rei sit, quotidianus vsus satis probat, Comitia nullam iurisdictionem in Caesarem sibi arrogare, nec adeo sententiam quamdam ferre posse, potius facultate solummodo instructa illum admonendi, et querelas, a Statibus passim excitatas, decenter exponendi, adiecta humillima imploratione, vt istae mox e medio tollantur.*

§. XXVI.

De foro subfeudorum Imperii. Quaenam subfeuda? Pro Iudiciis Imperii argumenta.

Iam et de foro Subfeudorum Imperii dispiciendum erit, quod alii coram Domino immediato, alii coram Iudiciis Imperii, esse statuunt. Imo ne de indole quidem, et definitione Subfeudi inter magni nominis Iureconsultos conuenit. [1]) Nobis suffecerit, hoc nomine intelligi, *Feudum Imperiale, sed quod non tenetur immediate ab Imperio:* siue Dominus illud concesserit alii Vasallo, siue Vasallus alii obtulerit Domino. Vtriusque enim rei plurima per Germaniam exempla sunt. Qui cognitionem de causis eiusmodi feudalibus, ad Imperii Iudicia pertinere existimant, allegare possunt diploma aliquod Rudolphi I. [2]) et rescriptum Caroli IV. quo vetat Pares Curiae, de Comitatu Lossensi, tamquam Subfeudo Imperi, cognoscere. [3])

§. XXVII.

§. XXVI. 1) Conf. Dn. GRIBNERI Diss. de *Subfeudorum Imperii, quae olim immediata feuda fuerunt, praerogatiua* §. 2.

2) Vid. Diploma Rudolphi I. de An. 1285. *Ad Vniuersitatis vestrae notitiam cupimus peruenire, quod nobis, iuxta Wetzlare pro tribunali sedentibus, Heinrico, dicto Berne, per sententiam Principum, Comitum, Nobilium, Baronum, et aliorum Imperii Romani fidelium, qui fuere praesentes, omnia bona feodalia, vel quaecunque alia, quae a Nobili viro, Gotfrido ab Eppinstein tenuit, et possedit, abiudicata fuerunt:* apud Dn. SENCKENBERGIVM in Select. Iur. et Histor. T. II. p. 594.

3) Apud Dn. GLAFEY in Anecdot. T. I. n. 490. p. 616 Addit

ratio

§. XXVII.

Afferitur Domino Feudali: Idque et Praxi Imperiali firmatur.

Sed pro Curia Domini immediati, et Paribus eius, ſtant leges Imperatorum, et conſuetudines vniuerſales, quas ſupra adduximus. Neque regulam euertunt cauſas illi duo ſpeciales, de quorum circumſtantiis ne quidem ſatis conſtat. Firmat potius illam vſus ipſe, qui feudales Curias Electorum, et Principum Imperii, iurisdictionem ſuam in eiusmodi Feudis aſſeruiſſe docet. [1]) Inclyta eſt Curia Feudalis Regni Bohemiae, vel ipſo talium Subfeudorum numero. *) Ea vero iuriſdictionem feudalem tam ſolicite tuetur, vt etiam in litteris inueſtiturae iniungatur Vaſallis ne, coram alio foro experiantur. [2]) Idem

 Curia

rationem Imperator: *Quia cauſae maiorum feodorum Imperialium, ſeu ab Imperio dependentium, tam de conſuetudine legitima, quam de Iure ſcripto, alibi quam cauſae feodorum inferiorum ſunt, et maturius, pertractandae.*

§. XXVII. 1) Vid. Dn. a LVDWIG Diſſert. de primo foro Subfeudorum Imperii.

*) Conf. GOLDASTVS de Regn. Bohemiae Lib. I. c. 17. n. 10.

2) Ita e. g. Ferdinandus I. Rex An. 1549. in literis inueſtiturae, Ruthenis datis, apud BECKLER. p. 120. et 121. So ſoll er die Reichs-After-Lehn nirgend anders wo, dann vor unſer Königlichen, und unſerer Erben, Königen zu Böhmen, eigenen Perſon, und auch an keinen andern Ort, als in der Cron Böhmen verrechten, und zu geſtehen ſchuldig ſeyn. Und in allwege, daß

Curia Bauarica ſuſtinuit contra Comites Ortenburgicos: et Curia Palatina in cauſa ſucceſſionis Saynenſis. Haſſo-Caſſellana ius primae inſtantiae in contentione de Comitatu Rietbergae aſſeruit, eamque cauſam vniuerſi Imperii Ordines S. Caeſareae Maieſtati commendarunt. [3])

§. XXVIII.

Pares Curiae in Feudis Equeſtribus paſſim conſeruati.

In Feudis Equeſtribus, (vt per omnes adeo Ordines, ſeu, vti vocant, clypeos Vaſallorum eamus) durant paſſim in Germania Parium inſtituta; tam in Immediata Nobilitate, [1]) quam in territoriis Statuum. Sane nihil frequentius hoc Iudicio [2]) in Actis Iudiciali-

daß die Citation, und Fürbeſcheid, da ihme iemand allein der obbeſchriebnen Lehen, Herrſchaften und Güther, ſammt oder ſonderlichen halben, in Anſpruch zu haben, oder vor uns zu beſchuldigen vornimmt, nirgend anders wo, als in unſerer Böhmiſchen Hoff-Cantzley geſucht, genommen, und daraus gefertiget werde, und ausgehe.

3) Vid. Decretum Comitiale de An. 1705.

§. XXVIII. 1) Conf. Ordnung des freyen Reichs-Ritterlichen Adels üblichen Lehen und Mann-Gerichts, et Parium Curiae, nach welcher eines zu Uſingen An. 1566. gehalten worden, apud LVNIGIVM in Corp. Iur. Feud. Germ. Tom. I. p. 1283.

2) Vocatur das Mann-Gericht, quaſi Iudicium Vaſallorum. Pares ipſi etiam hoc nomine veniunt. Reperio tamen illos, proprio etiam

cialibus, praecipue in Regionibus Imperii immediatis. Inprimis Principes Ecclefiaftici illud retinuerunt, qui plerumque fplendidam numero et dignitate clientum Curiam, fed Vafallos etiam antiquae Iudiciorum libertatis ftudiofos, habent. Ita Pares reperies in Curia Electoris Treuirenfis. In Colonienfi noua etiam conuentione inter Electorem, et Vafallos, An. 1659. confirmata eft illorum autoritas. Vigere illam in Epifcopatu Bambergenfi, Wurzeburgenfi, atque, in Weftfalia etiam, in Paderbornenfi, Monafterienfi, et Ofnabrugenfi, publica caufarum, coram Paribus tractatarum, documenta teftantur. Principes etiam Seculares paffim illos retinuerunt, vt de Palatinatu, de Marchionum Brandenburgicorum in Franconia ditionibus, et Ducatu Wurtenbergiae conftat. Sed haec, et alia complura exempla iam ab aliis notata funt. [3]) Addimus tantum Pares Curiae Terrae Mofanae, et Comitatus

etiam et primaeuo fignificatu, appellari die Gefellen. Ita Adolphus, Archiepifcopus Moguntinus, in literis de An. 1382. Wäre Sach, daß unfere Burgmannen, mit uns felbften, oder unfern Nachkommen an dem Stifft, zu fchaffen bekämen, warum das auch wäre, follen wir, gleichwie auch unfere Burgmannen, unter zwölffen ungeraden, was fie, die Gefellen im Lehnrechte fchlieffen würden, verbleiben ohne alle Wiederrede, und uns an folchen Recht begnügen laffen. Vid. LVNIGII Corp. Iur. Feud. T. I. p. 1391.

3) Conf. Dn. CRAMERVS in erudito opere de *Nobilitate auita* p. 443. feq.

tatus Loſſenſis, quorum in Actis publicis ſit mentio. [4]) Diuerſa, quae paſſim obtinent inſtituta, conſiderantibus, inprimis iucundum erit, intueri quae durant ex antiquitate, quaeue recentior aetas adiecerit.

§. XXIX.

In nonnullis territoriis ceſſat Curia Parium.

Verum vt fluxa ſunt inſtituta, quae moribus nituntur, ita minime mirum, poſt tantam ipſius rei feudalis mutationem, hanc quoque tam celebratam quondam Parium Curiam paſſim intercidiſſe, aut minime ſimilem origini ſuae durare. De Gallia id DION. SALVAGNIVS, [1]) de Regno Neapolitano IO. THOM. de MARINIS, Iurecoſultus Capuanus, [2]) teſtatur. In Germaniae quoque regionibus nonnullis ceſſant, in maioribus praecipue territoriis, quae Clauſa vulgo vocant,

4) Vid. *Expoſitio Iurium S. R. Imperii in Dominio, et Baronatu de Petersheim.*

§. XXIX. 1) *De l'Vſage des Fiefs*, Lib. I. c. 12. fin. *Aujourdhuy les Pairs de Cour n'aſſiſtent plus au Plaits du Seigneur, pour juger les Queſtions Feodales, comme ils faiſoient du tems de nos ancêtres.*

2) In Tract. *de generibus, et qualitate feudorum*, (ed. Neapoli An. 1565.) fol. 168. n. 14. *Quae de Paribus dicta ſunt, hodie non videmus vſu recepta, in dirimendis definiendisque feudalibus cauſis, ſed ſolum diebus noſtris vidimus obſeruatum in cauſis Criminis Laeſae Maieſtatis, in quibus decidendis interuenerunt complures Regni Barones, qui Pares Curiae nuncupari poſſunt.*

vocant, in quibus fundi ipsi, adque ac incolae omnes, subiecti vnius Domini Territorialis potestati censentur. In prouinciis Austriacis, omnis de feudis, quae ab ipsis Archiducibus conceduntur, notio, Regimini Prouinciali reseruata est, per Constitutionem Rudolphi II. Imperatoris de Anno 1580. In Regno Bohemiae, feudis extra Bohemiam sitis, proprius olim Iudex dari solebat. Sed A. 1601. Senatus Appellationum pro Curia Parium illis assignatus est. [3]) Idque A. 1651. Imp. Ferdinandus III. singulari Decreto confirmauit. [4]) Nec Bauaria

3) LVNIGIVS l. c. Tom. II. p. 6.

4) Ap. LVNIGIVM l. c. p. 196. Iuuat inde excerpere sequentia, vt ratio eius Iudicii eo melius appareat. Haben Wir Uns gnädigst resoluiret, daß erwehnte Incorporation oder Administration auf Unser Königliches Appellations-collegium zu Prag transferiret, und selbigem der Teutschen Lehen-Hauptmannschafft Verrichtung aufgetragen würde, gestaltsam und zu solcher Unserer gnädigsten Intention, Willen und Meynung desto zuverläßiger Erreichung daselbst eine ordentliche Lehns Registratur aufgericht, gehalten, und einem iedem, der hierbey was zu thun, ein Ordinarium und beständiges Iudicium an der Hand seyn wird. Und obwohln wir besagtes Unser gesamtes Appellations-Collegium, über erwehnte der Cron Böhmen auswärtige Lehen, als PARES CVRIAE constituiret, auch daß daselbst die Lehens-Processen ordentlich instruiret, und darinnen allerseits nach Lehens Art und Nothdurfft rechtlich verfahren werde, gnädigst anbefohlen, so wollen Wir doch, daß in causis maioribus, wo sich zwischen Uns, als Lehen-Herrn, und denen Vasallen, eine Streitigkeit erheben würde, iedesmahl zu Uns recurriret, und darauf Unsere gnädigste Resolution erwartet, wie nicht weniger die Prouocation in denen Lehens-Fälligkeiten,

 worüber

Bauaria amplius Pares Curiae nouit, sed vbi causae feudales incidunt, quae Principem ipsum, vt feudi Dominum, respiciunt, soluuntur Consiliarii religione iurisiurandi, quo ipsimet obstricti sunt.

§. XXX.

Status Iurisdictionis Feudalis in Saxonia.

Equidem et Saxonia olim vidit Principes suos Placita, et Curias celebrantes. [1]) Veterem autem Processum feudalem abrogauit Elector Augustus, [2]) et causae feudales tractantur coram Regimine Prouinciali. Quoties vero in senatu Prouocationum causa eiusmodi incidit, duo ex Regimine Consiliarii, Equestris Ordinis, adsciscuntur. [3]) Quod ipsum cum et indoli subie-

worüber daselbsten gesprochen, desgleichen die Belehnung, (excepto casu delegationis) dann auch endlich die Ertheilung der Lehen-Brief, Concessionen, Confirmationen, und Indulten, Uns allein, wie bißhero, also auch hinführo vorbehalten, haben, und dergleichen actus durch Unsere Königliche Böhmische Hoff-Canzley vollzogen werden.

§. XXX. 1) De Placitis ab Henrico Illustri habitis Conf. HORNIVS in Vit. Eius p. 140. Vestigia veteris Processus Feudalis in Saxonia sub Friderico Bellicoso, notauit IDEM in Vit. Friderici, p. 392. et 393.

2) Vid. Constitut. 27. Part. I.

3) Vid. Ordinat. Appellat. noua p. 36. Wenn in Lehns-Sachen Streit entstehet, sollen die einkommenden Klagen, und Schriften bey unserer Landes-Regierung übergeben, und darinnen von dem Appellations-Gerichte anderst nicht cognosciret, und decidiret werden, als in so ferne solche dahin gewiesen, auch sollen bey

subiectionis territorialis, et antiquae Feudorum in Terris Electoratus, disciplinae, conueniat, ac conditionum feudi cuiusuis ratio diligenter habeatur, non memini existimasse vmquam Vasallos, conquerendi sese causam habere. [4]) In terris Brandenburgicis eadem iurisdictio Iudicio Camerali Berolinensi, [5]) in Ducatu Magdeburgico, [6]) et Principatu Halberstadiensi, [7]) Regimini demandata fuit. Neque difficile erit, quae in aliis regionibus obtineant, ex institutis cuiusuis supplere, et tam vbi retenta, quam vbi sublata est, aut saltem ad alium attemperata modum, Parium Curia, idoneas consilii istius rationes, in ipsa Territoriorum, feudorumque indole reperire.

bey deren Versprechung iedesmahl zwey unserer Adelichen Hoff- und Iustitien-Räthe, welche unser Canzler, oder Vice-Canzler zu ernennen hat, adhibiret, und selbige vermittelst Hand-Gelöbnisses auf ihre bereits geleistete Pflicht gewiesen werden.

4) Haec seruire possunt tollendo dubio, quod mouit ILL. A LVDWIG in Iur. Feud. p. 557. not. ** *Vtrum vero plures curtes trahi queant in vnam Vasallorum cohortem? Quod in Saxonia Electorali est factum, dubitauerim valde. Cum nexus Prouincialis multiplex, et varius sit in prouinciis variis: laxior vnus, alter magis adductus. Quae formulae permisceri nequeunt sine Ordinum, feudalium praesertim, iniuria insigni.*

5) Vid. LVNIGIVM T. II. p. 791.

6) Vid. Ordinat. Processſ. Magdeb. cap. I. §. 12. Veteres Vsus Feudales Magdeburgicos vid. ap. LVNIGIVM l. c. p. 1022.

7) Vid. Halberstädtische Canzley-Ordnung P. I. c. 21.